

TAUTOLOGIA QUARTA.

Eruens liberabit nos Dominus. Isai. 36. v. 15.

EXPOSITIO LITTERÆ.

Obfidio Teru- glem.

E Adem ibijciuntur 4. Reg. 18. 30. quod idem innoteſcit articulus, & argumentum illuſtravi, Tom. 6. Tautol. 7. à n. 10. Exponitur ergo legato Rabſacis ad Ezechiam, civemque Ierufalem; poſtquam Sennacherib, Aſſyriorum Princeps venerat in Iudaam, expeditionem- que parabat in Reges Ægypti & Æthiopiæ, quos poſt legationem impudentis Rabſacis debellavit; ac in reditu proſternere etiam cupiebat regnum Iuda: quod iam inſavoſo mente adoriebatur; ut in Aſſyriam Hebræis translatis, uti eius pater Salmanaſar, ex toto dominaretur. Verum ſpes vacua, canis umbra, indeclinabilia flagella; quippe non clarus Iupiter ab æthere furgit.

Crucius.

*Falſa tonant ſictis mendaces oribus illi:
Conſilia exagitant fallacibus irrita curis.*

Posuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiit in terra. O Deus Iſraël! Declina- verunt in te mala. Cogitaverunt conſilia, que non poterunt ſtabilire. Decidant à cogitationibus ſuis: ſecundum multitudinem peccatorum expelle eos, quoniam irritaverunt te Domine. Actum eſt, uti videbimus.

Fiducia Eze- chie de Do- mini prole dione.

Ezechias cum videret populi vallati formidinem, potentis hoſtilitatem; quippe contra Ierufalem tota procella detonnit; & belli pondus propendit; obſeſſis fidenter dixit: *Ne paveatis Regem Aſſyriorum, & univerſam multitudinem; multo enim plures nobiſcum ſunt, quam cum illo.* 2. Paral. 32. 7. Reſcivit Aſſyrius, naſuque rhinocerotis accepit, miſiſſeque Rabſacem, ut audacem compeſceret urbem ac Regem, minas iactaret, cœlum terra miſceret, deorſum fuſumque verſaret, fulmina voce torqueret, ſacra profanis confunderet, atque omnibus nervis urbem in eius poteſtatem adigeret. Acceſſit ergo ad muros thraſo bambalins, atque bombylius.

Blasphemi a Rabſacis.

*Durus homo, atque odio, qui poſſet vincere Regem,
Conſidens, tumidusque; adeo ſermonis amari.*

Horatius.

Ut ait Horatius, 1. Satyr. 7. v. 6. Martem arbitrabatur ſolummodo Numen; ideſt, potentiam armorum, etiam contra Dominus exercituum. Hoc inſolentia pruritu, ſcabiæ maieſtatis ferè Ethici laborarunt; ſed ſemper ferò doluerunt: unde plures nationum, arma (quorum uſu valebant) tamquam Numina adorabant. Scythæ gladium vocabant Martem, cuius erat ſimulacrum. Chartar. in eius imagin. fol. 268. Ammian. Marcellin. lib. 17. *Eduſſis macronibus, quos Numina colunt.* Romani haſtam pro Marte venerari; inquit Arnob. lib. 9. ex Varrone. Idem Plutarch. in Mario. Hinc Juſtin. lib. 43. de Regibus Romanis, inſit: *Per ea adhuc tempora Reges haſtas pro diademate habebant, quas Greci Sceptra dicere: nam & ab origine rerum pro Dijs immortalibus veteres colere; ob cuius religionis memoriam, adhuc Deorum ſimulacris haſta adduntur.* Etiam inter Hebræos haſtam pro Sceptro habitam, cogitat Abulenſis, in illud 1. Reg. 19. 9. *Saul ſedebat in domo ſua, & tenebat lanceam.* Vide dicta Tom. 6. T. 3. Dia. n. 6.

Ethnici qui- bus armis valebant, ut quon Numina adora- bant.

Iuſtin. Haſta olim pro Sceptro.

3 Ex huiusmodi inſania prodijt nonnullorum arrogantia & inſolentia, Mezentius apud Virgil. 10. *Æneid.* v. 773.

Virgil.

*Dextera mihi Deus, & telum quod miſſile libro,
Nunc adſint.*

Aſtruit Statius 3. *Thebaid.* v. 307. & lib. 10. prope fin. de Capaneo:

*— Virtus mihi Numen & enſis,
Ades ò mihi dextera tantum.*

Statius.

Tu præſes bellis, & inevitabile Numen,

Te voco, te ſolum, Superum contemptor, adoro.
Et Sil. Italic. 5. de Bell. Punic. v. 116. de Flaminiſo Conſule tumido ac ſuperbiſſimo, ſed vincendo, ait:

*— Monent Superi? Similes ne ſingite vobis
Clasſica qui tremiſtis, Divos, Sat magnus in hoſtem
Augur adeſt enſis, pulchrumque & milite dignum.*

Sil. Itale

Ita plurimorum temeritas provocandi impie Deos in pugnam; ut Achilles apud Quint. Calab. lib. 3. à v. 76. *Veniſt, etiamſi Deus eſſe glorietur.* Euripid. in *Phon.* ſ. v. 801. de præf. Capaneo: *Delebo Thebas, Deo aut volente, aut nolente.* De Idade Argonautarum ſocio, Apollon. Rhod. lib. 1. v. 466.

Deus in pug- nam provo- cabant.

*Sciat nunc haſta valida, qua præcellentem alijs
Gloriam in bellis reporto: nec enim me adiuvat
Iupiter tantum, quantum me iſta haſta;
Idade ſequente, etſi Deus reſuſcitur.*

Apoll. Rhod.

Fatui & furentes vel in ipſos Deos fremebant; quaſi plus valerent humanis viribus armis quam, quæ venerabantur, Numinum ſine meſura potentia. Sicine Rabſacis inter blaſphemias ſine fronte pervacaciter eſſutijt. *Ne conturbet vos Ezechias, dicens: Dominus liberavit nos: Nunquid liberaverunt Dijs Gentium, uniſquiſque terram ſuam de manu Regis Aſſyriorum? Ubi eſt Deus Emath & Arphad? Ubi eſt Deus Sepharvaim? Nunquid liberaverunt Samaritanam de manu mea? Quis eſt ex omnibus Dijs, ut eruat Dominus Ierufalem de manu mea? Præclarum utique caput! Pyrgopolinices dixit mira de lente.*

Verſ. 186

Atque Rabſacis.

4 Verberavit ergo iactantia ſacrilege piorum, Numen reverentiam, aures; & maxime fidentium auxilio divinæ ac ſupremæ proteſtationis, aſſamias glomerans, & accumulans furenter non tam nugas, quam blaſphemias; ſubdens ſeductoris. *Non vobis tribuat fiduciam Ezechias ſuper Domino, dicens: Eruens liberabit nos Dominus.* Male ceſſit arrogantia, prævaluitque in Numine cordis flagrantis fiducia. *Ægre tulit cœlum blateroniſ opprobrium. Dicam è Silio d. lib. 11. v. 182.*

Verſ. 185

*Ductoremque ſeram, cui nunc pro ſcedere, proque
Iuſtitia eſt enſis, ſoleaque è ſanguine laudeo;*

Sil. Ital.

Non dereliquit ſperantes in ſe, & de ſua virtute gloriantes humiliat: igitur egreſſus eſt Angelus Domini, & percuſiſt in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinque milia; quos redegit in cineres, veſtibis illæſis & armis, ut contingit in victoria Madian, de qua egimus, *Tom. 4. T. 11. n. 4.* Idem lib. 5. à v. 64.

Acerbè laus

libid. 37: 6

*— Quid rapta iuvant? Quid gentibus auri
Numquam extincta ſatis? modo quem fortuna fovendo
Congeſſis opibus, doniſque reſperſit opinis;
Nudum Tartaræ portavit navita cyrabi.*

Idem.

Articulus videtur in Annibalſi arrogantia, atque Romanorum è virtute fiducia. Gloria- batur quaſi Rabſacis, eſtifications:

Sicut Annib. baſis.

*— Explorare libet nova bella moventi,
Cui patuere Alpes, ſaxa impellentia cœlum,
Atque uni caleata Deo? Suffuderat ora
Sanguis & à torreo ſurgebant lumina flammas.
Dumque ea nequicquam, nec ulli læta profatur;
Audita aſperitate viri, ceptoque ſeroci
Multa ſæta gerens in præcordia Pænis
Aſtabat muris, propereque accerſere læſos
Invanitem caſtris Ducem iubet, Horrida virtus
Armaturumque ſide pectus, reſtiſque capido,
Et maior nimis mens imperterrita mole
Invidiæ ſtabat, torvoque minantia cultu
Inſuſa Pæni verbisque etiam inſeſſebat amaris.*

Idem.

Hactenus ex Silio Italic. lib. 11. à v. 200. Adinſtar Sennacherib, egreſſus eſt & abiijt, & reverſus eſt, violenta morte peremptus, quo ſimul interijt factus, à ſuis etiam propter inſolentiam illuſus. Audiens Pompeius Cæſarem tranſiſſe Rubiconem, & civium videns formidinem; tumens potentia, dixit: *Quid ergo? Pænis pulſu copios è terra excitabo.* At fugienti Cæſarem civis illi: *Pulſa ſolum pede.* Plutarch. in eo. Ita ſatuoſus irritus. Non ſecus Sennacherib fugiens à Iudaæa plagam propter blaſphemiam ſuam; *Iob. 1. 21. Qui repleverat*

Verſ. 37.

Et Pompeij Plutarch.

terram copijs selectis militum fugit; quippe omnes cadauera mortuorum. En improprium ipsum, quod exprobraverunt tibi Domine. Recessit timidus, qui blaterabat timidus. At Hebraei in te speraverunt, & liberati eos.

Ubi supr.

6 De manu Afsyriorum Deus eruens liberavit afflicto, quod Ezequias asseruerat, atque Rabfaces negarat. At si salus in liberatione, quorsum Eruens? Ni liberaret, haudquaquam de manibus inimicorum erueret. His modis loquendi interdum utitur Scriptura. Ierem. 39. 18. Eruens liberabo te. 2. Cor. 1. 10. Eripuit & eruit. Saep in Psalm. Libera me, & eripe me. Galat. 4. 31. Libertate liberavit: sique alia obvia, in praesentiarum, seriem secundo, exponenda. E malis effugisse iucundissimum est: ait Sophoc. in Antigone. v. 438. Nihil mirum, quod lingua vocibus geminet, si tantum placent: igitur iteratione vocum, semel acceptum de novo excitatur gaudium. Unde exergasice quasi per Epitaphium dum beneficium exponitur, toties iucunditas & gratitudo regeritur. In dono constat laetitia, in spe vota, in tribulatis fiducia; ut magis in periculo invocetur protectio, sine qua urget cruciamen, quod fuit dumtaxat formido. Perspicuo videtur in articulo tribulationis & in beneficio libertatis. Sa us autem iustorum a Domino, & protector eorum in tempore tribulationis: & adiuvabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos a peccatoribus, & salvabit eos, quia speraverunt in eo. Elucet cordis ex malorum liberatione iucunditas; ubi in idem confert eiusdem tot gratissimae sententias. Periphrafi Crucius floride:

Sophoc.

Exergasice & epitaphi in geminatione vocum

Pl. 16 à 19

Expositio 1.

Cruc.

Quos levat auxilio, quos tempestatibus arect, Et a profanis liberat conatibus.

Hebr. Adiuvens, & liberavit eos, etiam liberabit eos, & salvabit eos. Exprimitur ergo nec vacua fiducia, nec irrita in protectionem potentia.

Nomina geminata pro superlativis

Ovid.

Etia verba.

Expositio 2.

Ovid.

Lucan.

7 In amplitudinem cuiuscumque articuli, potissimum in expressionem animi, duplex saepe in Biblijs profertur nomen, aut verbum: uti Gaudium & laetitia, fames & esuriam, subsannationem & derisum: pro superlativis usurpata, ut diximus fide locis, ac Prolog. galeat. §. 4. n. 5. Virgil. 12. Aeneid. v. 946. Furis accessus & ira. Apollon. Rhod. 4. Argon. v. 1418. Sittim ardentem, vehementem. Euripid. in Troad. v. 640. Probrium, malam famam: & in Electr. v. 956. Metam & finem. Demum. Ovid. 1. Metam. Fab. 9. vers. 29.

Nec quid hymen, quid amor, quid sint connubia curat.

Vivide Pl. 77. 49. Misit iram indignationis suae: indignationem & iram, & tribulationem, immisiones per Angelos malos. Sicut in nominibus ita in verbis. Nunquid non scitis? Nunquid non audistis? Nunquid non annuntiatum est vobis? Nunquid non intellexistis? Itai. 4. 21. Ipsi nihil horum intellexerunt: & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quae dicebantur. Luc. 18. 34. Nos autem surreximus, & erecti sumus. Pl. 19. 9. Erant simul, nullusque alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus. 3. Reg. 3. 18. Obvia usquequaque plura. Homer. 3. Odyss. v. 30. & Rhodius lib. 3. v. 1164. Perrexit ire. Plaut. in Persa, Act. 5. scen. 2. v. 1. Qui erunt, qui que futuri sunt: quem imitatus est Cicero, 1. de Orator. dicens: Aget & acturus est. Ovidius, 3. Met. Fab. 1. v. 10. de Vacca canit:

Nullum passa lugum, curvoque immunis aratri. Nullum servitij signum cervicem gerentem, Subsequitur.

Utitur stylo Virgil. 1. Georgic. v. 208. quem Lucanus zmulatus, 8. Pharsal. v. 467. succinens:

Libra pares examinat boras, Non uno plus aqua die, noctique rependit.

Idem, ut videtur, distinctis vocibus dicitur, quois roboratur, & adstruit quod semel ratum; ut magis ac magis confirmetur propositum. Non aliter in praefatis Tautologijs, certitudo profertur eventus, fiducia animi, securitas spei, & per hostium dignissimam cladem, propensio Numinis in fidentium protectionem.

Participium pro adverbio

Expositio 3.

Pallologia.

8 Ea propter in nostra Tautologia participium pro adverbio. Hebraei dialecto, ex plicandum; ita ut sensus sit: Sine dubio, profecto, utique Dominus liberabit. Sanctius in Psalms. & Maluend. Certissime omnino liberabit. Aethiop. & Syr. Perfecit, plenissime pro teget. Arab. Ad votum cumulati liberabit. Hebr. per infinitivum: Eripere eripiet, eripere saluum facere. Eripiet scilicet in libertatem, liberabit in salutem; ita ut iam nulla ab hostibus tumidulis, ac tumidis sit formido, quippe in afflicto & anxio divina prorsus protectio. Germinatio verbi sive pleonasmice, sive pallologicè certitudinem indicat libera-

tis,

tis. Homer. 15. Odyss. v. 35. Custodit, liberatque. Sophoc. in Aiac. v. 733. Eripiens emittit. Plaut. Truculent. Act. 3. scen. 1. v. 58. Experi periculi, liber. Propert. 2. Eleg. 33. v. 33. Perit, corrumpitur atas. Lucret. 1. de Re. nat. v. 59. Remota, scilicetque longe. Apollon. Rhod. d. 1. v. 389. Ut volueris, atque libet. Sic alia, totamque proclive genuinque expostum; modò feceris unam e verbis gerandium: nimirum, Custodiendo liberat, Eripiendo emittit, Percundo corrumpitur, &c. Similiter pallologicè. En Ecce. Apul. 8. Metam. Theocrit. Bâyl. 8. v. 72. Pulebram, pulebram. Euripid. in Hippol. v. 362. Audivisti, audivisti. In Iphigen. in Taur. v. 138. Duxisti, duxisti. Plaut. in Amphitr. 2. scen. 2. v. 209. & in Mofell. 1. 2. v. 44. Sumptus Sumptui. Hicine stylus firmitatem argumenti, de quo sermo, quasi inconcusi demonstrat: delicanturque sine violentia sententiae, si loco unius verbi sufficitur Sanè, Verè, Reapsè. In his ergo acceptionibus nostra Tautologia floret; sensulque per gerandium erit: Eruens liberavit Dominus. Per Epizeuxim verò: Sine ambiguitate, Sanequam, Pyorsum liberavit Dominus. Non novum: equidem David afflicto, qui votum in libertatem elicit pleonasmicè (uti vidimus) Psalm. 139. 2. ait: Eripe, eripe. Pallologicè penitus, q. d. potenter eripe, vel elementer abstrahe.

9 Idiotissimus linguae potest etiam dici; quod astrui quid validis testimonijs. Praemisi, Tom. 7. T. 3. n. 39. plures voces paragogicas, usus vel ornatus gratia, ab AA. inferas, licet non significativas, uti apud Latinos Sicuti, Veluti, pro Velut, Sicut; de quo videlicet Pagnin. lib. 3. Institut. Hebr. cap. 8. n. 58. & lib. 4. Regul. 22. Respice in me & miserere mei: Psalm. 85. 16. To In nihil sonat. Idem Actor. 3. 4. Respice in nos. Itai. 5. 20. Va qui dicitis malum bonum & bonum malum, potentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Numer. 8. 3. Lucerna respiciant ad mensuram: alia invenies Prolog. galeat. §. 4. n. 14. & §. 5. n. 7. Ita ornatus gratia, vel amplioris significationis, relativum non necessarium quandoque exprimitur. Psalm. 32. 12. Beata gens, cuius est Dominus Deus eius. Eius non est necessarium in sententia intelligentiam; sicut Psalm. 39. 5. Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius. Ubi aliquando verba glomerantur; primam significat dumtaxat illud cui iungitur. Seges multa in Sacris. 3. Reg. 17. à 9. Surge & vade in Sarepta: surrexit & abiit. 2. Paralip. 32. 5. Edificavit agens. Osee, 1. 6. Non addam ultra misereri: & 9. 15. Non addam ut diligam. Psalm. 88. 23. Non apponet nocere ei. Luc. 7. 3. Ut veniret, & salvaret servum eius: quibus in sententijs elucet linguae dialectus: quandoquidem sine verbo priore clarus est sensus sententiae. Non fugit Ethnicos huiusmodi stylus. Sophoc. in Oedip. in Colon. v. 719. Quid sustinens pateris? Euripid. in Phœniss. v. 1717. Perfecit agere. Terent. Adlph. Act. 3. scen. 4. v. 14. Salvare Hegionem plurimum, iubeo. Iuxta Priscian. lib. 8. Iubeo salvare, idem est, quod Salvo. Sueton. in August. cap. 59. Habeo precari. Nihil vides signati sigillatim verbo primo. Haud secus in nostro testimonio. Eruens liberabit Dominus: id est, Dominus liberabit; quin et Eruens sit necessarium nisi in ornatu sententiae, vel in ampliore expressionem libertatis; quod constat hic v. 18. ubi de eodem articulo textus loquitur, & nihil additur. Unde legitur: Ne conturbet vos Ezechias, dicens: Dominus liberabit nos. Addit, Eripiens liberabit nos; textus Hebraeus; quo lingua planè innotescit idiotissimus.

10 Sicine interpretari congruè possumus Tautologiam, sed alia timor, utriusque verbi propria significatione; maxime ex usu Scripturae, uno verborum signantis actionem; & altero actionis effectum, ut diximus ad illud 1. Reg. 26. 25. Faciens facies, Potens potens. Quapropter Eruens indicat liberantis actionem, liberabit exitum actionis & finem; sicut in alijs Pleonasmis exprimitur. Eripe me, & libera me: id est, Eripiens libera me, vel liberans eripe me. Idem ad illud: Eripe me & erue me. Eripe me & salva me. Eripuit & eruit. Hinc Eruens liberabit, nihil aliud connotat, quam operationem in libertatis effectum; cuius operatio mirabilis: equidem cum posset Deus illos modo communi erueri de manu hostili; singulariter in libertatem eruit, quin ex obfessis in effugium, ullum educeret gladium, nec nocere possent arma in expugnatione hostium. Hec dicit Dominus de Rege Afsyriorum: Non intrabit civitatem hanc, & non iaciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem: v. 33. Non solam urbem liberavit, sed mirabiliter eruit; ita ut ubi plausibilis in libertatem exitus, mirabilior esset modus. Etiam possumus exponere verbum primum per eruentis excellentiam, quod Rhetores dicunt Antonomasiam, seu Pronominationem: quo quidem tropo loco proprii nominis subrogatur praesentia cum auctoritate muneris; ut cum dicitur, Ierem. 51. 56. Reddens retribuet, per tō Reddens intelligitur Index summus, id est, Numen. Psalm. 2. 4. Qui habitavit in caelis, nimirum, Deus. Idem Apoc. 4. 2. Supra sedem sedens; hoc est, Dominator

Verbum geminatum pro gerando. Expositio 4. & 5.

Pro adverbio. Epizeuxis.

Voces paragogice unde in Biblijs

Cur ibi expressum relativum non necessarium.

Verbum verbo coniectum sine significatione.

Expositio 6.

Ex duobus eiusdem significationis verbis, unum pro actione, alterum pro effectu.

Pl. 70. 22. 141. 7. & 11. Pl. 48. 5. Expositio 7.

Antonomasia.

De

Expositio 8.

Dominus. Similiter in presenti testimonio, Eruens antonomastice dicitur Deus: quasi qui potens eruer, liberabit Dominus urbem & cives de manu & arrogancia Regis insultantis, & insolentis. Sic enim, si velis dicere, indicari singularem suorum in Domino protectionem; quia non eripiendo, sed eruendo liberabit urbem.

Eripere pro Eruere, & contra.

Genebr. Pro Def. n. dicit.

Theffal. 1. 10.

Pro Præveni- tione.

11 Pro quo notandum utriusque verbi discrimen. Eruere & Eripere promiscue accipiuntur tam apud Sacros, quam apud Profanos; quorum testimonij parco, quippe obvia cuique. Eruere pro Eripere; Exod. 18. 10. & Deuter. 20. 9. Eripere pro Eruere; Genes. 27. 2. Iudith. 16. 4. & Job. 36. 15. Unde Genebr. in illud Psalm. 143. 11. Eripit me & erue me; subdit: In vocabulis nulla est diversitas. Eripere pro Defendere, 1. Theffal. 1. 10. Eripuit nos à ira ventura. Hoc est, eripuit nos à peccato, & consequenter à peccati vindicta; quæ in die iudicij impenitentibus inferenda & dicitur Ira ventura, Psalm. 17. 18. Eripuit me de inimicis. Quod perspicuo Psal. 24. 20. Custodi animam meam, & (pro Ut) erue me. Aliquando etiam sumitur pro Prævenire, ac à malo præservare. Anticipantur autem misericordie secundum magnitudinem brachij cunctipotentis. Baruch. 4. 21. Eripuit vos de manu Principum inimicorum. Idem Daniel. 3. 15. quod Christus asseruit in oratione dicens: Ut servet eos à malo. Ioan. 17. 15. Virgil. 10. Aeneid. v. 624. Instantibus eripe fati; & lib. 12. v. 157. Si quis modus, eripe morti. Apollon. Rhod. d. lib. 1. v. 692. Calamitatem præoccupare. Quo namque sensu Cicero pro Gallo, dixit: Præripuit tibi Demosthenes, ne esses primus: tu illi, ne solus Orator.

Discrimen inter Erue- re, & Eripere.

Donat.

Expositio 9.

12 Liqueat itaque discrimen inter Eruere & Eripere: etenim illud est nobilissima libertas & vinculis tribulationum, antequam veniat in cruciamina periculum: Eripere manus pietatis post casum, in protectionem erga libertatem afflictorum; ut illud Ruben, Genes. 37. 22. Volens eripere eum de manibus eorum. Actor. 12. 11. Eripuit me de manu Herodis, &c. quippe Eripit proprie est redimi à molestia, damno, & labore. Itai. 43. 1. Noli timere, quia redemi te: id est, de servitute liberavi, de captivitate eduxi. Terent. in Phorm. Act. 2. scen. 2. v. 9. Antipbonem eripiam. Ubi Donatus: Bene, Eripiam, pro eo, qui iam teneatur oppressus. Contra. Eruere, siquidem tantum connotat angoris & accerbitatis periculum. Genes. 32. 11. Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum etiam meo, Exod. 18. 4. dicit Moyses: Deus eruit me de gladio Pharaonis, Phrafs ergo Rabfascis modo intelligitur, atque sensus Ezechielis in prolatione phrafs. Non dixit: Eripientis liberabit Dominus, sed Eruens liberabit. Necdum contracta clades urbis, nec cives sub oppressionem tyrannidis. Gratia protectionis Domini prævenit casum, & profigavit periculum: igitur antequam hostium in urbem ulla ingrederetur sagitta, erant exulta cuncta Regis Assyriorum castra; uti vidimus, num. 4.

1. Cor. 1. 10.

Omnibus modis Pauli à Deo in tribulationibus protectio.

13 Aliter libertas Pauli; qua de causa cum supra modum gravatus iaceret vinculis & tribulationibus, usque in vitæ cædium; catenatis ærumnis, quotidie sub icetu mortis, quia in sine laboris laborum inveniretur optatus finis; dicit mirabiliter protectus, ac in cunctis à Domino studiosissime faurus: Non sumus fidentes in nobis, sed in Deo, qui scilicet mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit (presens est) in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet. Cuncta signat, & in omni tempore divinam à celo protectionem, atque in custodiam suorum vigilem sollicitudinem. Præterita, Eripuit: presentia, Eruit: futura, Eripiet, Eripuit, postquam tribulationes Paulum invenerunt, & sagillarent. Eruit, præveniendo libertatem, ne Paulus iterum detrunderetur in afflictionem; cæterum qui venerit, qui eripuit pridem, Eripiet: siquidem adiutor Deus in tribulationibus; refugium mortificationum & præsidium. Elucet in textu acceptio propria utriusque verbi. Eripuit, & eruit. Eruit tribulationis removendo periculum: eripit vero, post casum. Continuatio divinæ protectionis (sive præservando, sive redimendo) præ se fertur in geminatione verbi eiusdem significationis. Homer. 10. Odysse. v. 286. Ex malis solviam, atque servabo. 22. v. 372. Liberavit, & servabit. Sophocl. in Philoct. v. 772. Salva & serva. Pariformiter in nostro textu: igitur Deus Paulum eripuit, eruit, & eripiet de malorum incurfibus in omni tempore; ut rutilaret gratia in tantâ protectionis continuatione.

An maior gratia in tribulationibus, Eruere vel Eripere.

14 Ampliora subodoror discrimine proprio, ni fallor, verborum Eripere & Erue- re. Eruere generaliter significat extrahere: Eripere, vitollere aut extorquere. Libertatem utrumque partam significant; sed diversimodò partam. Primum denotat extractionem à periculo, aut à malo; quin aliquis resistat liberatoris præsidio; sed sine obice fautor gratia aut potentia educat abiectum ab ærumna. Eripere autem connotat in libertatem patientis, propugnantis ex viribus resistentiam; ne liberetur, qui sub eius dictione

miserè opprimitur: quamobrem Psalm. 34. 10. Eripient inopem de manu fortiorum eius, ut quamvis totus irruat ather, sopes evadat ac liber. Ovid. 13. Metam. Fab. 1. à v. 71.

En eget auxilio. Conclamat socios, adsum. Opposui molem elypti, totique iacumen, Servavique animam.

Plaut. in Menach. Act. 5. scen. 8. v. 5. Accurro, teque eripio, vi pugnando. Denique Virgil. 9. Aeneid. v. 399. succinit:

Quid facies? Qua vi invenem, quibus audeat armis Eripere?

Palàm est, quod Eripere, sit oppressum liberare, hostibus contra nitentibus. Quare cum contra potentiam instantem hostium, eius sanguini sitienter inhiantium, Paulus à carceribus, è mortibus, liber exiret; de Asertore dixit: Eripuit. Modò Eruit, quippe tribulationem areet: verum si occurrerit; estò resistat exactor, qui eripuit adhuc eripiet: etonin summum malum, nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Hoccine sensu plures dilucidantur Tautologia. Eripit me ab homine malo: estò resistit, à viò iniquo eripe me. Eripit me & erue me. Erue me ne sis potestas Altyphorum cadem; verum si cecidero, vel ihs invitis, eripit. Infulescit improbus in tyrannidem, modò iniuriarum non cogite: vindicem; audacterque comprehendit imbelles, & aggravat; quia non est qui eripiat. Paulus è tanta urgente tribulatione est erutus & creptus. Erutus Dei gratia, creptus Dei potentia: equidem à fortiore vindicatur, quantumvis Synagoga rumperetur.

Oppressum rapit, & conantem plurima frustra.

15 De molestia corporis transit Bernardus in mirificamentem protectionem, ut perfectè per Dominum obtinamus libertatem; quippe non dormiat, neque dormiet, qui custodit Israël. Revocemus ad memoriam (ait de Interior. animo, cap. 3. n. 9.) bona, que tribuit nobis: quomodo in periculis sæpe constitutos, elementer nos eripuit; nec unquam peccatis nostris, quantumvis misereretur, vinei potuit: oblitus sui de se admonuit, avorsos à se revocavit, venientes ad se benignè suscepit, penitentibus indulgit, perseverantes custodiit, stantes tenuit, lapsos erexit, malas delectationes in amaritudinem convertit, & rursus salubriter amaritatis consolationes suas tribuit: postremo tribulationes purgatis quietem & pacem perfectam restituit, qui nec peccantibus unquam desuit, ut corrigere; nec iustis, ut custodiret. Eruit & eripit: eruit & redimit; ut acquirat sibi populum acceptabilem, cæli ac bonorum operum scætoarem, simulque de iustis dicitur ab omnibus: Hi empti sunt ex hominibus. Apocal. 14. 4. Emit & redimit. Non emit, ut redimeret: redemit, ut emeret: igitur cum servus emptitius non sit sui; empti à Domino & pretio magno empti, ut eius sumus adiecti & adipti superiori voluntati: Us & qui vivunt, iam non sicut vivunt; sed et, qui pro istis mortuus est & resurrexit. 2. Corint. 5. 15.

16 Præclara utique libertas, quam iuxta Vincentium Ferrerium, etiam contulit Christus per corporis tantam umbram. Serm. in Parasceve (tametsi ex aliorum sententia) asserit, ideo unum duntaxat latronum, simul pendentium, salum factum, quia illum tangebat umbra Christi è ligno suspensi. De Petro constat ex Scriptura, ut que Christo potestare sunt propria, Petro sint simul participatione communia. Per manus (dicitur) Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe; ita ut in plateas eiecerent infirmos, & ponerent in lectulis ac gravatis, ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quæquam illum; & liberarentur ab infirmitatibus suis. Iuxta Lyrannum hic, prodigia dicuntur facta in corporis umbra; ut Principis Petri obijciatur excellentia; ubi de alijs, singulare quantumvis prodigium, factum dicitur Per manus Apostolorum. Procopius in Iudic. 16. Serar. ibid. qua. 14. & Alapid. ex Ambrosio: Prærogativam (inquit) domi acceperunt, ut eorum etiam umbra curaret aegros: at signate de Petro denunciat, & ut ait Interi. Principe Petro veniente. Voluit Christus præ cæteris clarificare Petrum excellentia singulari miraculorum; ut non solum tactu corporis, sed corporis umbra operaretur miracula. Pombant infirmos ut umbra venientis Petri obumbraret eos. Si tunc opem ferre poterat umbra corporis, quanto magis nunc plenitudo virtutis? Si inanis quædam species (inse Augustin. Serm. 29. de SS.) vacua imvginis habere potuit in se vim salutis (receptivè, tanquam ex virtute corporis; vel instrumentaliter, virtute Dei ex præsentia Petri; ut robur in Sansone capillitij integritate; ut massa ficorum in sanitate ulceris Ezechie; lucum ad illuminationem cæci nati, & tactus fimbriæ vestimenti Christi) quanto plus de corpore meruerunt atrahere salubritatis, sacris impressa membris vincula passionis? Hinc Arator, 1. Aëtor. v. 455. vocat Mystica signa salutis, succinens à v. 479.

Tom VIII. Tant.

Aa

Ovid.

Virgil.

Psal. 139 & 141.

Virgil. ubi supra.

Bernard. Quanta Dei in consuetudine gratia.

Umbra Christi si saltem unum latronum in cruce.

Act. 5. 15.

Umbra Petri salutis gratia.

Alapid.

Petrus præ cæteris clarificatus miraculis.

Augustin. Quomodo in & ex eius umbra san- tibus.

I citus, & curas hominum de calle frequentans, Excute Petre gradus: tecum medicina salutis Ambulat: adde vitam. Spes est ad gaudia velox, In pedibus non esse moram: tua semita vita est. Si properas, iam nemo iacet. Tu motibus umbra Corpora cuncta levans.

Arator.

Plin.

Umbra dicitur in cipe apostolorum, erat medicina salutis.

Iob 40. 17

Auguſt. in.

Plin.

Arat.

17 Refert Plinius lib. 17. cap. 12. proprietates umbrarum ac arboribus, additque: Dijudicabit ramorum amplitudinis ratio, locorumque & umbra cuiusque arboris, quoniam has quoque observari oportet. Nec sicut umbra arborum umbra Petri, quippe virtute divina. Oportet umbras arborum observari; sed umbram corporis Petri amplissima observatione: quandoquidem iuxta Thom. Bozium de Notis Ecclesie, lib. 15. cap. 12. & lib. 18. cap. 1. uno ægrotantium obumbrato à Petro, ceteri sanabantur infirmi, modò umbra obumbrati languentes tangeret: quod utique significari in textu dicit; quia pluraliter signatur: ut liberarentur ab infirmitatibus suis, si umbra Petri obumbraret quemquam ipsorum. Ingeniosum quidem: quod roborare quibat ex illo Iobi: Protegent umbra umbram eius: de quo infra. Virtus magnetis elucebat in Petro. Cernebam in lapide (inquit Augustin. 21. Civ. cap. 4.) ferrum anulum raptum atque suspensum: deinde tanquam ferro, quod raperat vim dedisset suam communemque fecisset; idem anulus admotus est alteri, eumque suspendit, &c. Meminit Solorzan. Embl. 67. & Maiol. Tom. 1. Colloq. 18. Ex presentia Petri virtus in umbram: & umbra tunc obumbrabat, umbram umbrà protegente; ut umbra umbra polleret Petri virtute: igitur multitudine languentium sanabatur; modò ab umbra obumbrati quilibet obumbraretur. Appositus de huiusmodi umbra, quam de platani, quod dicit Plin. lib. 12. cap. 1. Quis non turè miretur, arborem umbra gratia tantum ex alieno petitâ orbe? Ita grata, ut gentes veligat & pro umbra pendant. Canit d. Arat. à v. 465 Morborum cecidere greges, & fluxit ad omnes Improvisa salus, quam corpore fissa sereno Luminis umbra creat, dubiaque à morte remoti Erexere caput; sed non apprehendere visis.

Apprehensa est à languidis umbra, nec arctata mendata sed prodigia: equidem ut virtus singulariter valeret; fat quod umbra Petri quemlibet obumbraret. Syr. Ue umbra illius operiret quemlibet.

Metonymia.

Unde buſ. modi sententias mirabilior.

Umbra pro favore & protectione.

Secv.

Lucan.

Pro refrigeratione.

Elia.

Calphurn.

In Sole alior in umbra D. mophon-sit suar.

Arator, d.

18 In præstituta periodo metonymicè effectus demonstratur pro causa, de quo sæpe egimus. Idcirco Umbra illius obumbraret, idem est ac corpus illius, ex quo umbra; quippe interpositum inter lucem & languentem: à quo statim exulabat ægritudo intangibilis tactu, quod obumbratio dicitur; ut sanitas mirabilior videretur. Umbra usurpatur ferè pro favore & protectione, sumptâ metaphora ab arboribus. Genes. 19. 8. Ingressi sunt sub umbra culminis mei. Psalm. 56. 2. Sub umbra alarum tuarum sperabo. Iudic. 9. 15. Si me regem constituitis, venite, & sub umbra mea requiescite. Numer. 14. 9. Recessit ab eis omne præsidium. Hebr. Recessit umbra. Virgil. 11. Aneid. v. 223. Magnam Regine nomen obumbrat. Servius hic: Translatio ab arboribus, quia nomen nobilium tanquam umbra est alijs. Unde Lucanus, Pharsal. 1. v. 135.

—Stat magni nominis umbra, Qualis frugifero quercus sublimis in agro. Lauro pulcher obumbrat Apollo. Calphurn. Eclog. 4. v. 57. & Numenian. Eclog. 4. v. 1. & 46. In umbra populea, in umbra pampinea, sumpta umbra pro refrigeratione. Alian. 9. Hist. Animal. cap. 56. Dum æstus ingreſſus (inquit) tum elephantum ad calorem frangendum crasso per funduntur cæno, quo vim caloris depellant: & hæc refrigeratio ipsi gratior est, vel umbræ speluncis, vel arboribus, quæ ramorum frequentia eos opacare possent. Calphurn. d. v. 135.

—Amœna sub umbra Securus recubat, placidoque in fonte lavatur. Quapropter translative sensus auctoritatis sacre est: In plateis projiciebant infirmos, ut presentia Petri protegeret vexatos, & amoribus refrigeraret afflictos: equidem umbris refrigerantur æluantes, & convalescunt è malis è Synagoga fideles; ni sint, uti de Demophonthe refert Cornel. Gemma, 1. de Divin. character. cap. 7. & Reyes-Franco in Elyf. quæst. 63. n. 25. qui in Sole algebat, & in umbra æluabat. Quarite quos agitat tanti reverentia facti. Funditur, & soliam non terminat umbra figuram.

Um.

19 Umbra uti dixi num. præced. metonymicè accipitur pro corpore; quod quia opacatum, causa est umbræ: quare frequenter usurpatur pro arbore. Iudic. 9. 36. Umbras montium videt; idest, montium arbores. Sub ficu & sub vite sua (quæ phrasîs proverbialis in sacris) hoc est, sub umbra vitis & ficus; sicut 3. Reg. 19. 5. In umbra iuniperi, nempe, sub iunipero. Copia stylli inter Profanos. Plin. quo supra. & Alian. 3. Var. hist. cap. 1. Tempore umbris (arboribus feliciter) affatim contegitur. Statius, 11. Silvar. 5. v. 19. & 4. Thebaid. v. 426. Non caret umbra Deo. Nemefian. Eclog. 2. v. 13. Qua fortè sub umbra; & Virgil. d. 1. v. 168. Nenus imminet umbra. Facillè modò exponitur Iobi testimonium de elephant: Protegant umbra umbram eius. Doctiss. Sanctius hic n. 30. inſit: In altera parte Umbra figuratè, in altera propriè sumenda est. Arbitror in utraque figuratè sumendam. Umbra, idest, arbores, umbram inducent; ut sequitur: Circumdabunt eum salices torrentis. Soufa hic:

Umbra pro arbore.

Iob 40. 17: Et pro corpore.

Sanct.

Soufa.

Quæ umbra umbræ, & frugis umbra.

Statius.

Quæ umbra umbrarum.

3. Reg. 20. 30. & 4. Cy 22. 1. Quæ sit causa cubuli Erafm.

Psal. 10. 22

Psal. 26. 56

Crucius.

—Cacis pernoctat in umbris Abditus, atque intra calami secreta recumbit. Nox tegit atra suam fusca caliginis umbram, Et salices torrentis cum velamine frondis Circumstant.

Patet in utraque periodo Umbra translative. Umbram eius, putà, corpus eius, ex quo umbra. Umbra obumbrans dicitur, ubi frondes spissa, quia arbores opacæ. Sil. Ital. 15. d. v. 768. Densâ Sol vincitur umbra. Virgil. 3. Aneid. v. 508. Montes obumbrantur opaci. Ita Umbra rutila, ubi distata folia. Silius lib. 4. v. 88. Fulgentibus umbris. Valer. Flacc. 4. Argonaut. v. 17. Umbra luce refuga. Virgil. Eclog. 7. v. 46. Umbra rara. Pontan. 2. Uran. v. 1018. Volatilis umbræ: igitur lux Solis hinc & hinc spargebat, ut constaret & deficeret. Proinde cum elephantis corpus sit immane, dicitur umbra, quæ ab umbris obumbratur, idest arboribus; propter spissam opacitatem densam, causantibus delectabilem umbram. Statius 1. Silvar. 3. v. 5.

Illuc nec calido latravit Sirius astro, Nec gravis aspectu Nemees frondentis alumnus. Talis hyems tectis, frangunt sic improba Solem. Frigora, Piseumque domus non æstuat annum.

20 Favent expositioni Vertiones. Sententia ex umbra in umbram; nulla alia, nisi umbra arborum elephantis corpus defenditur. Hebr. Tegit eum arbores obumbrans. Pincdat Illius umbram obumbrant arbores magna cum ramis. Maluend. Sub arboribus umbriferis: quippe ad umbram dormit arborum, quin invenire vel nocere possit æstus; ac vultum corpus defendit in abditis falicem, quæ impenetrabilem construat umbram; ut obtegatur ab æstro denorum foliorum pompâ. Umbra umbræ in lucis, est locus obſcurior, & ob spissitudinem refrigeratior; qui in Biblijs dicitur Condensa: Hain. 10. 34. & Psal. 117. 27. Unde Virgil. Eclog. 8. v. 14. Umbra frigida. Martial. 1. Epigr. 89. Opacas umbras. Politian. in Nutric. v. 317. Arcanis sub umbris. Mantuan. Eclog. 5. v. 75. Tenebrosa sub umbra: & apud Lucan. 1. d. v. 700. Silentibus umbris. His epithetis exprimitur quid sit umbra umbrarum; q. d. umbraculum reconditum, vel arcanum in umbris; quas comis opacis efficiunt arbores. Hoc sensu elucet, quid sit illud de Benadad: Fugiens ingressus est civitatem, in cubiculum, quod erat intra cubiculum. Iteratur 4. Reg. 22. 25. Ingressus in cubiculum intra cubiculum, ut abscondaret. Expositio invenitur ibid. cap. 9. 2. Eum introductum in interior cubiculum. Hebr. Penetrati in penetrati, quasi adytum in adyto; & in occultis occultiori loco. Non est lusus vocum (sicut illud Diogenis apud Erafm. in eo lib. 3. Apophthegm. Centur. n. 73. Athlius ab Athalia per Athliam ad Athlium. Latine. Miser à misero ad miserum per miseriam) sed cum Hebræi superlativis carcant; excessum vocis geminatione diversis casibus explicant; de quo egi in Prolog. Galeat. 9. 4. à n. 5. Quare cubiculum cubiculi, idem est, ac cubiculum secretissimum. Umbræ umbrarum, densissimæ umbræ: quo intelligitur quam longè à damno iusti sub Domini protectione. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à contradictione linguarum. De se Psalmographus: Abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protegit me in abscondito tabernaculi sui. Maluend. ex Hebræo: Abscondit in absconsione. In loco magis occulto, nec facili inventui in abditis secretioribus, & arcanis penetratilibus. Apposite Crucius:

Adytisque tectum ponet in reconditis, Abscondet in tentorio.

21 Sic in libertatem protectio, & afflictorum præsidium; verum ut exponantur quæ Tom. VIII. Taut.

Ad 2.

ad

Tho. Boz. S. Benedicti. ex nobilitate familia,

ferentium, risum cordatis solutissime excitantium: ita in Respons. ad Benedictin. Moenach. Thom. Bozium eadem dixerat (nescio quis cuius scabiem fricavit) Benedictus (inquit quo supr. lib. 6. cap. 6.) nulla eximie nobilitatis laude praestans. Laudem proprie dicit, non Auctoritatem; quippe etiam abunde nobilitas à Benedicto habetur ab illo & Galonio non laudatur: illis enim est ignobile vituperium, quod cunctis nobilissimum encomium. Ex Anicia familia descendere, probat Hæstem. Prolegon. 14. in Vit. Benedicti. ex pluribus AA. Unde cum decus Anicianæ familiæ inficari non possunt; ob putidum præcordiorum livorem, negant originem. At quo fulero? Expediuntur articulo. Zacharias qui in Græcum vertit Gregorij Dialogos loc. cit. legit: Excellentiore familia. Quid ad hæc? Zacharias linguam Latinam haud calluit? Galonium fanè præterivit. Unde nostrum in præsentî articulo conamen, ostendere prorsum Galonium, vel idiotam vel furentem, Pungit, quo pungitur: & dum vomica laborat, sanis consilia praestat.

Hieronym

Quid liberior in nobilitate Peri.

Apul.

Plutarch. Libertas pro nobilitate.

Salust.

Ovid.

28 Pungit in Sole Occident. Præhud. 1. cap. 1. §. 2. N. San-Vitores; sed manu levi; quippe utranq; abstulit cute. Frigiditas Galonij eget diploide. Sacris & Profanis testimonij utar, ubi nec ullum profert Galonius, ut cogitationem altruat. Christus (ait Hieronym. Comment. in Eccl. 10. 16.) filius ingenuorum: de Abraham, Isaac & Jacob stirpe descendens. Ob id verè fuerunt liberi: ex quibus nata est Virgo liberior Sancta Maria. Pendè eisdem circumstantijs argumentum, sensum, & comparativum pro superlativo suffectum. Unde sensus est: Nobilissimi ex quibus orta Virgo, sed illa nobilior nobilissimis. Perf. loc. cit. v. 84. postquam egit de libertate data servis per Prætorum, quam pilea donant; subdit: Non sum liberior bruto? Iunius Brutus ne fuit servus? Nobilis valde è sanguine Tarquinorum. Vid. Liv. lib. 1. & 2. Halicarn. lib. 4. & Briet. ab V.C. Ann. 245. Cur ergo dicitur Liberior? Si liberi dicti qui nobiles, liberiores nobilissimi. Geminationem vocum expressit nobilitatis excellentiam Apuleius in Apolog. 1. Libero, & liberali viro. Unde Ingenij dicti, Græcè Eugenij, idest, boni generis; uti observat Isidor. lib. 9. cap. 4. Origin. & Rosin. 5. cap. 32. Leg. Divi, 5. & leg. Cum quis 10. C. de Donation. Ita ergo Liber & Liberalis pro ingenio & nobili. Plutarch. in Agid. ait: Liberalior ingenueque nutriti. In Nicia subdit: Conventiones prorsum homine libero indignæ. Senec. Epist. 88. Studium verè liberale, quod liberum facit. Ælian. 17. Hist. Animal. cap. 25. Digna profectò ingenij liberalis. Salust. in Orat. Marij contra Quirit. Responsuros, sese liberos (nobiles) quam optimos voluisse? Faciant idem Maioribus suis, quibus uti mihi, ex virtute nobilitas cepit. Herodot. 1. n. 33. Gestus liberalior. Balenger. de Imper. Rom. cap. 5. Roma libera. Ioseph. 4. Antiq. cap. 8. Matrimonio liberali. Nancell. de Analog. Micr. ad Macr. lib. 13. Problem. 14. Libera nutritionis. Cicero. Ad Attic. 1. Epist. 15. Liberali responso. Clem. Alex. 3. Pedagog. cap. 11. Vita quammaximè liberalis. Ovid. ad Pison. à v. 107.

Ingenitæque stat nobilitatis in illo Pulcher bonus, & digna suis natalibus ora. Additur libertas.

Verùm aptius, nostroque proposito & acceptione appositius, 4. Trist. Eleg. 10. v. 28; Induiturque humeris cum lato purpura clavo, Liberior fratri sumpta mihi que toga est.

Plaut.

Tercen.

Ovid.

Quid olim inter Romanos Nobiles & quovis

29 Adipulatur acceptioni Euripid. in Suppi. v. 911. Educatio non sordida, sed liberalis. Plaut. in Casin. Prolog. v. 73. & 81. Libera ingenia Atheniensis: ibi serviles nuptia, quam liberales curari solent. In Persa. Act. 1. scen. 3. v. 50. Formâ lepida & liberali. Act. 4. scen. 3. v. 52. Mulierem liberalem. Idem in Epidic. 1.1. v. 41. denique in Curcul. 1. 3. v. 53. Quin te liberalem liberem. Idest, Nobilissimam eximij splendoris: Gruter. hic. Eodem sensu Terent. in Andria. Act. 1. scen. 1. v. 95. Formâ inter ceteras honesta & liberali. In Adelph. 1.1. v. 32. Liberalitate liberos: & 3. 4. v. 3. & 18. Neque liberalis functus officium est viri. Ex illane familia tam illiberale facinus ortum? Cornel. Schrevel. hic: Maioris dignitatis. In Phorm. 1. 3. v. 16. Ingenuam, liberalem nactus est. Ibid. 4. 3. v. 18. Herus liberalis est. Ovid. 1. Metamorpb. Fab. ult. de genere contententibus Epapho & Phæontæ; de hoc accinit dixisse:

En ego liber Ille ferox.

Idest, rusticus, utpotè ex vacca natus. Ubi ut elucet, libertas opponitur rusticitati; sicut apud Romanos in canubulis Urbis alij dicebantur Patritij, alij Plebeij. Plutarch. in Romulo, & Just. Lips. 1. Elector. cap. 29. qui infic: Alij nobiles, alij Novi. Nobiles censentur illi

illi s. li, quorum Maiores Magistratum ceperant, quique ius habebant imaginis ponende. Novi quorum Maiores prætorum vitam vivebant, & quibus imagines nulla. Regum temporibus & post Reg fugium, penes solos Patritios Magistratus erant: ideo & nobilitas. Postcâ per contentiones Tribum citas, communicati cum plebe honores sponitque nobilitas & imagines. Claret discrimen inter nobilitatem & nobilitatem. Privilegia data utrique. Conservavit privilegia & ampliavit: ait Sueton. in August. cap. 45. Unde Amplissimos Patritiorum ordines appellat in Vespasian. cap. 2. & in 9. subdit: Amplissimos ordines, & exhaustus eade variâ. & contumacitatis veteri negligentia, purgavit supplicavitque recentio Senatu & equite: submotis indignis, & honestissimo quoque Italicorum ac Provincialium allectio: atque uti notum esset, utrumque ordinem non tam libertate inter se, quam dignitate differre. Libertas, idest nobilitas, utrique ordinis propter dignitates qui nobilior, liberior. Constringantur enim legibus cives: liberi dicuntur qui exempti favore Principis: qui verò magis immunes, Liberores: quippe plus inter decoratos decorati, ac privilegij suffulti. Stylus invenitur apud Plautum in Trinum. Act. 4. Scen. 3. v. 25. & iuxta delimitationem libertatis. Licet, quod iubet à legibus. Taubmann. hic: Souta legibus. Idem Terent. in Andria, Act. 1. scen. 2. v. 25. Liberior vivendi fuit potestas. En stemma & schema nobilitatis ex concessa familijs à Principe privilegij; quibusque honoratior, erit profectò liberior: simulque ubi maior libertas, superior erit auctoritate, decore, amplitudine nobilitas.

30 Intelligit his Galonius Gregorij Magni periodum, ac vigilem phrasem, qua Benedictum designat genere nobilissimis ipsis nobiliorum? Si ex libertate ac immunitatis splendor & nobilitatis decus; quid expressus in commendationem generis Benedicti, quam gemen ortum ex liberiori genere? Quis infans? Quis furit? Quis phrenitide risum excutit? Galonius, qui omniſcius tot testimonia vel consulto, aut cerè improspetctò præterivit. Malignè dicam? Saltem, irreverenter. Si res duas anfas habet, Benedictum fastidit. Plures calcet, sese cogitat, & elicit sine luce ac duce cerebrum; quamvis esset valde ambiguum testimonium: honor est nonnumquam hominis, propensè colere, quos honorificat Pater cœlestis. Ille destruit, quicquid multorum auctoritas altruit; quin valeat in voluntariam phantasia ludentis cogitationem, sibi ab ullo conciliare auctoritatem.

31 Ab antiquitate & opulencia nobilis dicitur at plauditur profapia; quibus omnibus notat: ita plures summi subleij apud Tiraquell. de Nobilitate, à cap. 2. Cuncta complavit Cludian. Pan. 2. gr. 1. ubi Caspar Barthius: Familia nobilissima, atque celeberrima prima, cuius splendor nunquam emarcuit: & ut canit Cludian. ibid. à v. 12.

Nec novit mutare vices, sed fixus in omnes Cognatos procedit bonos: quemcumque requires Hac de stirpe virum, certum est de Consule nasci: Per fasces numerantur avi, semperque renata Nobilitate vident, & prolem fata sequuntur, Continuum simili servantia lege tenorem: Nec quisquam Procerum tentat, licet are vetusto Floreat, & clavo cingatur Roma Senatu, Venerit, Italia late cum frena veneret, Illyricisque sinus, & quos arat Africa campos.

Vide plura attestantia apud Delitum hic, & Hæstem. loco cit, qui seriem profapiae refert, ne Galonius dubitet, quod Sardonice ridet. Familiam extolit Aufonius, & quod de Atavo dicit, aptius Benedicto congruit.

Stirpis novator Annie Paribusque comit insulis, Aniciorum stemmata. Quem nemo fando dixerit, Qui non prius laudaverit. Hic avi & patris decus Miffus resurgens sanguine; Flos sterculorum Romuli.

Ita canit Epist. 3. quam illustrat variâ eruditione Elias Vinetus. Ex tot testimonij Priogorum unum eligam. Quanta dignitatis parentibus progenitus fuerit Benedictus (ait Adre-

Just. Lips.

Sueton.

Unde liberior nobilior

Nobilitas ex profapia illustri nota. Barth. Et antiqua opulencia

Cludian: Nobilitas excellens gēti Aniciae

Aufon: